

petentes, census et redditum annuum trium et viginti marcarum grossorum usualium et communiter currentium justo et legali reempcionis titulo, prout in literis et registraturis desuper editis et confectis lucide continetur, emptum et comparatum nobis offerri procurarunt cum supplicatione tam humili quam devota, quatenus census et redditum talem
 5 annum paterna benignitate acceptare ceterisque bonis ecclesiasticis et deo dicatis annotare et annumerare, huic quoque altari incorporare, unire et inviscerare ac ipsum de novo in beneficium ecclesiasticum erigere et confirmare auctoritate nostra ordinaria dignaremur. Nos igitur Johannes episcopus — census annuum trium et viginti marcarum, quomodo premittitur, nobis oblatum in nomine domini acceptantes, aliis consecratis et deo dicatis
 10 donis annotamus et annumeramus altarique supra dicto pro sustentacione rectoris et possessoris ejusdem unimus, invisceramus et incorporamus —. Quia vero sentiens emolumentum sentire debet et onus, statuimus et ordinamus, ut rector sive possessor canonicus presentis altaris pro tempore existens perpetuis futuris temporibus singulis ebdomadis, quibuscunque celebribus aut patrociniis diebus non obstantibus, ad sollennisandum et cantandum
 15 quatuor missas in eodem astrictus et obligatus sit, et quidem primam dominicis diebus de sancta trinitate, secundam feriis tertiis de sancto Johanne apostolo et evangelista, tertiam feriis sextis pro animabus ex fraternitate illa defunctis, quartam autem diebus sabbatis de gloriosissima virgine Maria —. Jus autem patronatus presentis altaris, quotiescunque per cessum sive decessum sui rectoris vacare contigerit, ad procuratores fraternitatis supra dicte de voluntate tamen et consensu proconsulis^{a)} et consulum prefati oppidi Lobbow perpetuis futuris temporibus pertinebit. His omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam —. Nulli ergo omnino hominum —. Si quis autem —. Datum in castro nostro Stolpen anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, die vero Mercurii, vicesima mensis junii, nostro majori in fidem et testimonium
 25 premissorum appenso sub sigillo.

85.

1487 Aug. 13.

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 50 ohne S.

*Der Rath zu Löbau (Bartisch Hesnyer burgermeister, Merten Rotermel, Paul
 30 Richter, Lorencz Dömel, Procuff Newman, Johannes der kromer, Merten Tytze, Hans Balczar, Mertin Temmeler, Sigmund Stentzel, alde Michel, Thomas Smeth) bekennt, dem erhafftigen ern Wenczeßlaws Schüffil zeur zceyt alteriste zcu Görlitz 2 fl. ungar. um 30 fl. wiederkäuflich verkauft zu haben, und verspricht, diesen Zins dem genannten Altaristen Schüffelin und seinen Amtsnachfolgern halb zu Walpurgis, halb zu Michaelis in
 35 Görlitz auszahlen zu wollen, erlaubt ihm auch, dies in das Stadtbuch zu Görlitz schreiben zu lassen. Gegeben am tag Ypoliti marterers anno millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.*

84. a) preconsulis.